



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Telesilla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

*Malebant
animi vide-
ri, & esse
maximi
quam opti-
mi, hinc
colossi.
Focis Cic-
ronis in sta-
tuam fra-
tris.
Æn. lib. 4.*

Sed quoniam in Heroas incidimus, id minime dissimulabo, quod Romani Græcos potius quam Aegyptios imitati, Heroarum statuas, & eorum, qui bene de Republic. meriti essent, eo majores faciebant, prout eos majori honore dignos arbitrabantur, de quo apud Macrobiū. Hinc iocofum illud M. Tullii dictum in fratris statuam: nam cum in Provincia, quam ille rexerat, clypeum ejus imaginem conspexisset ingentibus lineamentis usque ad pectus de more pictam: erat autem Quintus stature parva: *Eniter*, ait, *meus dimidius major est, quam totus.* Apud Virgilium vero Dido cum voluntariam mortem excusat, quasi ea omnia absolvisset officia, quæ à se exigi poterint, nihilque à se ulterius expectari posse, quod ad apothefeos gloriam pertineret, ita secum ratiocinatur:

*Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

Cur vero magnam speret, enumerat merita:

*Urbem praclaram statui, mea mania vidi,
Ultra virum, pallas inimico à fratre recepi.*

*Lib. 2. Epi-
sol. 1. Epist.*

Oppida autem concedere, inter ingentia ea facta recensetur, propter quæ

Ibidem.

Romulus & Liber pater, & cum Castore Pollux.

Deorum in templa recipi meruerunt, ut est apud Horatium. Cum itaque majores iusto statuæ vitæ functis fieri solitæ essent, Onirocritæ, qui, ut sapius ostendimus, hieroglyphicis adhaerescunt, ubi quis supra humani modî staturam fieri se magnum conspexerit per quietem. mortem illi præfigunt affuram: & qui filium parvulum ad virilem magnitudinem imaginatus fuerit excrevisse, ejus identidem mortem expectandam. Hinc Virgilianum illud super oblata visui defuncti corporis anima, *Et nota major imago:* nempe quod corporeis claustris veluti prælis exoluta anima post mortem latius dilatari videatur. Sedenim illa de honoribus opinio & verior est, & probabilior.

Æn. l. 7.

CHRISTI VICTORIA. CAP. XXXIV.

Illud minime prætereundum, sextidecimi Psalmi inscriptionem apud Græcos esse *επιλογος*. *Ο* alibi aureum insigne Davidis, ubi interpretes antiquorum repetunt morem, qui columnas imaginæ, aut statuas iis, qui strenue feliciterque militiam exercuissent, erigere consueverant. Id vero laudis victori Christo attributum, eo Psalmo declarari.

PRO PATRIA OCCISI. CAP. XXXV.

*tibi sepelie-
bantur pro
patria occi-
si operibus
Proximitate
mobilita-
tum.*

Apud authores Græcos locum Athenis fuisse legas, Ceramicum appellatum, columnis undecumque frequentem, quæ in eorum memoriam erectæ erant, qui pro patria pugando cecidissent, inscriptione adjecta quo quis prælio optiisset.



CLARITAS EX POETARUM SCRIPTIS.
CAP. XXXVI.

Pindarus Timarcho Æginetæ Nemeis:

αλλα θεμν παρην λιθων λευκοτερον.

Ponatur alte strueta saxo Candidior pario columna. ubi interpretes per columnam Poema intelligunt. Nam statim subdidit ipsemet Poeta: quantum claritatis addant Poemata in præstantis alicujus viri laudem elucubrata.

TELESILLA. CAP. XXXVII.

*Statua Te-
lesilla.*

Telesilla Argivæ poetica facultate celebri, galeata statua erecta est in columna, libris circa pedes adjectis, ut alibi diximus: quod maribus Argivorum, qui prodierant ad bellum, ad unum casis, sceminas armavit, & contra hostes eduxerit, eosque urbis diripiendæ spe profectos retrocedere coegerit. Exemplum muliebris virtutis inter paucissima sæpe commemorandum.

ISOCRA.